



3

36

37

38

39

40

41

1772.

35. Schott, Augustus Fredericus : *Divis legum auctorium  
in subdito temporario.*
36. Schott, Augustus Fredericus : *Dreiviertel constitutio-  
nibus & Portinacis*
37. Schott, Augustus Fredericus : *Natura causa praeroge-  
tive hypothecae fisci in bonis a delitore postem  
tractum adquisitiis ad 1. 28 D. de jure fisci.*
38. Ligerus, Joh. Theophilus : *De pignoribus factis  
contractis*
39. Hugely, Christianus Hadrianus, ipac. iur. procurand  
arius : *De executione rei judicatae in causis  
ecclesiasticis. Programma, quo solenniter doctoralem  
Augustini Trivulci Mulleri a Berneck indebet.*
40. Triestchke, Clemens Fredericus : *De jure princi-  
pium divortiorum proposito.*
41. Wenzel, Fredericus Augustus Guilielmus : *De concer-  
tione insignium in imperio Romano. Programma,  
quo ad orationem apostolicam iuritat.*

1772.

72. Wilke, David Gottfried Regulus: Observatio  
juri*s ecclesiastici*.

73. Wilke, David Gottfrid Regulus: De jure  
retractus domini feudi competente.

74. Wilke, David Gottfrid Regulus: De solenni  
iudicis competenti*s decreto in alienau*s rebus**  
*minoris necessario.*

75. ~~Wilke, David Gottfrid Regulus: De solenni~~  
~~iudicis competenti*s decreto in alienau*s rebus**~~  
~~minoris necessario~~

Winckler, Carolus Gottfrid, pac*s prae-*  
collari*s: Iuris ciu*s* collari*s* corollari*s* III*s* et  
IV. Programma, quo solennita*s* Doctoralia Coroli  
Augusti Comparsii i*n* D*e*c*a*t.*

76. Walle, Christopherus Fridericus: Archaeologica  
juri*s* specim*e*n.

1772.

77. Zollerus, Fr. Guilel: I sponsalia clandestina  
delictum maxime ex statuto Brandenburgo isteas.

78 Zollerus, Fr. Guilel: Neco, quod justum est  
ex ea pacta successoria renunciativa coramque  
effectum.

79. Zollerus, Fr. J. Gottlob: De beneficio divisionis  
correis debendi non tributo.

80. Zollerus, Fr. J. Gottlob: Utrum tortura penitus  
abroganda, an tantum limitanda videatur?

81 Zollerus, Fr. J. Gottlob: Ne consensus crostorum  
in ultiorum oppugnacionem feroci, re-  
numinum pugnaris non innveniente.

82 Zollerus, Fr. J. Gottlob: Observaciones singu-  
laris ad pand. lib I lit 8 et 98 II. h. f. 1.





B 18.

*11*  
EXERCITATIO IVRIDICA,  
SPECIMEN V.

*1772, 52.*

*Obseruationes singulares* *18*  
*ad Pandet. Lib. I. Tit. IIX.*  
*et Lib. II. Tit. I.*

CONTINENS,

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
PRAE S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. ECCLES. CATHEDR. MARTISB. CAPITVL. CVRIAE  
IN PROVINCIA SVPREMAE IVDIC. LVSAT. INFERIOR,  
NEC NON FACVL T. IVRID. ASSESS. ET  
ACADEM. DECEMV.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. III. APRIL. M D C C L X X I I .

PVBLINE DEFENDET

IOANNES AVGVSTVS FRIDERICVS  
ZAVMSEGEL

MÜNCHENBERNSDORFENS.

---

LIPSIAE  
EX OFFICINA LANGENHEMIA



COLLEGIATIONE IMPERICATORIA

ANNO MDCCLXVII

IN LONDINIIS EX OFFICINA

JOHN DODSLEY ET C. COOPER

PRINTED FOR J. DODSLEY AND S. WILKINSON

AT THE SPOTTED LAMB IN CHANCERY-LANE.

PRICE ONE SHILLING AND SIXPENCE.

CONTAINING A HISTORY OF THE CHURCH OF ENGLAND

FROM THE REIGN OF KING HENRY VIII TO THE PRESENT TIME.

WITH AN APPENDIX CONTAINING A HISTORY OF THE CHURCH OF ENGLAND

FROM THE REIGN OF KING HENRY VIII TO THE PRESENT TIME.

WITH AN APPENDIX CONTAINING A HISTORY OF THE CHURCH OF ENGLAND

FROM THE REIGN OF KING HENRY VIII TO THE PRESENT TIME.

WITH AN APPENDIX CONTAINING A HISTORY OF THE CHURCH OF ENGLAND

FROM THE REIGN OF KING HENRY VIII TO THE PRESENT TIME.

WITH AN APPENDIX CONTAINING A HISTORY OF THE CHURCH OF ENGLAND

FROM THE REIGN OF KING HENRY VIII TO THE PRESENT TIME.

WITH AN APPENDIX CONTAINING A HISTORY OF THE CHURCH OF ENGLAND

FROM THE REIGN OF KING HENRY VIII TO THE PRESENT TIME.

WITH AN APPENDIX CONTAINING A HISTORY OF THE CHURCH OF ENGLAND

FROM THE REIGN OF KING HENRY VIII TO THE PRESENT TIME.

WITH AN APPENDIX CONTAINING A HISTORY OF THE CHURCH OF ENGLAND

FROM THE REIGN OF KING HENRY VIII TO THE PRESENT TIME.



PERILLVSTRI  
ATQVE  
EXCELLENTISSIMO DOMINO  
DOMINO

**ANTONIO L. B. DE LEVBNITZ**

DOMINO HEREDITARIO IN MVNCHENBERNSDORFF  
ET RACKITT'

SERENISSIMO ELECTORI SAXONIAE  
AB INTERIORIBVS CVBICVL, CIRCVL  
ELECTORATVS PRAEFECTO

**DOMINO GRATIOSISSIMO**

LETTIPALATI  
DODD  
MONTELLA  
POSTUMIO  
TRITOMA  
SOCIETATIS  
DOMINGO GRIJOSIMO

PERILLVSTRIS  
ATQVE  
EXCELLENTISSIME DOMINE  
PATRONE GRATIOSISSIME

**H**indugeas quaeſo temeritati, quod primitias  
hacce laboris academicī **ILLVSTRINOMINI TWO** dicatas eſſe voluerim.  
Iam diu exoptauī occaſionem, qua reuerentiam et  
pietatem, quam **TIBI, VIR PERILLVSTRIS**  
debo, publice exhibere possem. Tanta enim **TVA**  
erga Patrem pariter et me ſunt beneficia ut in  
enarr-

enarrandis illis et declaranda animi testificatione verba  
vix sufficiant. Maximam felicitatis meae partem in  
eo positam animaduerto, si *TVO* patrocinio et in fu-  
turum me non penitus indignum iudicaueris. Permit-  
tas itaque, *VIR PERILLVSTRIS*, ut illis acce-  
dam, qui *TE* et *TVA* merita indefessò studio colunt,  
et *TIBI* persuasum habeas me pro *TVA* et *IL-  
LVSTRIS GENTIS* conseruatione ardentissima  
vota nuncupaturum esse.

PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMI  
NOMINIS TVI

Scripsi Lipsiae d. III. Apr.  
MDCCCLXXII.

IOANN. AVGST. FRIDER. ZAVMSEGEL



*Ad Lib. I. Tit. VIII.*

OBSERV. I.

*Instrumenta rustica, quae Germanico idiomate die Inventarien Stücke vocamus, ad res immobiles recte referuntur.*



Negat LEYSERV<sup>S</sup> Specim. XXVI.  
med. 6. quod instrumenta fundi rustici ad res immobiles pertineant, sed eadem retinere naturam et indolem rerum mobilium adserit. Autoritatem huic sententiae praestare videtur VLPIANVS l. 17. pr. π. de Action. emt. Fundi nihil est, ait, nisi quod terrae tenet. Aedium autem multa esse, quae aedibus adfixa non sunt, ignorari non oportet; ut puta feras, claves, claustra. Multa

A 2

eriam



*etiam defossa esse, neque tamen fundi, aut villaे haberi:*  
*ut puta vasa vinaria, torcularia; quoniam haec instru-*  
*menti magis sunt, etiam si aedificio cohaerent.* Cum  
 quo et consentit effatum CALLISTRATI l. 14. π.  
*de supellec̄t. leg.* Fundo legato instrumentum eius non  
 aliter legato cedit, nisi specialiter id expreſsum sit.  
 Contrarium defendit PAVLVS recept. ſentent. lib.  
 III. Tit. VI. Fuudo dicit vel seruo legato, tam fundi  
 instrumentum, quam serui peculium ad legatarium per-  
 tinet. Quae opinio mereatur fidem nunc videa-  
 mus. Paulum vera dixisse sponte profiteor, le-  
 gumque auctoritate probo. Instrumentum teste  
 PAVLO l. 12. pr. π. de instrum. legat. eft apparatus re-  
 rum diutius mansurarum, sine quibus exerceri nequit  
 poffeffio. Apparet ex hac notione, instrumentum ad  
 perpetuum fundi uſum pertinere, quia sine illo non  
 exercetur poffeffio fundi. Constat vero inter  
 omnes, res sua natura mobiles ciuiliter seu iuris in-  
 tellectu pro immobilibus haberi, si illarum uſui in  
 perpetuum destinatae. conf. MENK. in Pand. ad  
 lib. I. Tit. IIX. §. n. Quae cum ita fint, nullam  
 inuenio rationem, cur instrumentum praedii rustici,  
 rebus immobilibus non sit accensendum.

## OBSERV.

OBSERV. II.

*Pecunia ex venditione praedii redacta, manet res mobilis quamvis adquisitioni rei immobilis sit destinata.*

Nescio quo iure MAYERVS in Collegio Argentorat. ad *Tit. de rer. diuis.* §. 53. defendere possit sententiam, quod pecunia ex fundo redacta adquisitioni rei immobilis destinata, adnumeranda sit rebus immobilibus. Prouocat equidem ad auctoritatem Gailii, Coleri, Godofredi et aliorum, sed an illorum praeiudicia efficiant decisionem vehementer dubito. Fefellit forsitan hos viros principium, quo rem mobilem usui perpetuo rei immobilis destinatam, iuris intellectu pro immobili reputamus. Quamvis enim haec regula per se sit vera, in praesenti tamen casu, cum deficiant termini habiles, non admittit applicationem. Distinguendum nempe est inter rem mobilem, quae perpetuo usui rei immobilis iam existentis destinata est, et tanquam accessoriū naturam principalis saptit, et inter pecuniam, ex qua rem immobilem adquirimus, cum pecunia tantum ad comparandum aedificium utamur, minime vero perpetuo fundi usui haec inseruiat. Etsi verum esset, solam destinationem, pecuniae dare naturam rei immobilis, idem quoque obtineret circa



ca pecuniam ex rebus mobilibus redactam, cum subiectum, vnde prouenit pecunia, diuersitatem minime efficiat; id quod tamen nemo ad silentia iuris adfirmare poterit. Exinde maritus, cui successio mobilis competit, post mortem coniugis recte petit pecuniam ex fundo distracto acquisitam, quamvis heredes probare possint, defunctam hanc quantitatem ad comparandum fundum destinasse.

### *Ad Lib. II. Tit. I.*

#### OBSERV. I.

*Non omnes actus iurisdictionis voluntariae coram in competente iudice expediri possunt.*

Constituimus communiter disserimen inter actus voluntariae et contentiose iurisdictionis ex potestate iudicis, et in illis incompetenter iudicem admittimus, in his autem competentem desideramus. Veritatem huius sententiae ex parte non nego, ast uniuersalem esse hanc regulam nunquam probo. Diuersi sunt actus iurisdictionis voluntariae, et exinde diuersum quoque iudicium ferendum. Nonnulli etenim causae cognitionem simpliciter desiderant, alios vero deficienti hac cognitione expedire possumus.

7

mus Huius dictionis ratio potissimum in eo posita  
videtur, quod iudex de causa, ob quam partes eius  
iudicium implorant, instructus esse debeat, ut de illa  
cognoscere possit, quod tamen penes iudicem in-  
competentem ferme penitus deficit. Eam ob  
rem decretum de alienandis immobilibus ad pu-  
pillum spectantibus is tantum impertitur, qui com-  
petentem circa personam, vel rem habet iurisdictio-  
nem. Iudicem rei sitae cum pro competente hac in  
re agnoscam, obstat forsan videtur *I. 5. §. 12. π. de  
reb. eor. qui sub. tut.* Illud, ait ICtus, *quaeri potest, si  
Praetor aditus permiserit distrahi possessionem prouin-  
cialcm, an valeat, quod fecit: Et putem valere, si  
modo tutela Romae agebatur, et bi tutores eam quo-  
que administrationem subierant.* Sed nihil obest, cum  
vnius rei positio alterius exclusionem minime efficiat.  
Non solum enim argumento *leg. fin. C. vbi in rem  
actio hoc defendimus, sed ex I. l. 22. C. de admini-  
strat. tut. ad quam quoque prouocat CARPZOV.  
P. II. C. El. XI. def. 28. BERGER. Oecon. Iur. lib. I.  
tit. IV. th. II., hoc probamus. Ita pariter in trans-  
actione super alimentis in testamento relictis, quoniam  
circa causam transactionis, modum, et personam  
contrahentium, cognitionem requirunt leges, solius  
Praetoris confirmatio iure Romano locum obtinet.  
Cum enim *I. 8. pr. π. de transaction: bi, quibus alimenta  
relicta**

■ ■ ■

relicta erant, facile transigerent, modico praesenti contenti, diuus Marcus oratione in senatu recitata effecit, ne aliter alimentorum transactio rata esset, quam si auctore Praetore facta. Cum itaque leges in actibus iurisdictionis voluntariae circa competentiam iudicis discriminem adhibeant, cur ab illo sponte recedamus, ratio nulla extat, praesertim, cum haec differentia, ex qua magistratus auctoritatem dijudicamus, naturae rei omni ex parte conueniat.

## OBSERV. II.

*Iurisdiction mandata morte mandantis Iure  
hodierno non cessat.*

Diversum circa hanc materiam est iudicium legum Romanarum a moribus recentioribus. Secundum illas post mortem mandantis *mandatarius iurisdictionem* ulterius exercere non poterat, nisi res ab eo, cui mandata erat iurisdiction, geri cooperit. Non solum enim naturae contractus mandati, quod singulari personae industriam respiciebat, hoc erat consentaneum, sed et ipsae leges sententiam confirmabant. Ait enim ICus l. 6. n. de iurisdictione. Et quia nec principaliter ei iurisdiction data est, nec ipsa lex defert, sed confirmat mandatam iurisdictionem, ideoque, si is, qui mandauit iurisdictionem, deceperit, antequam

8

tequam res ab eo, cui mandata est iurisdictio geri co-  
perit solui mandatum Labeo ait, sicut in reliquis causis.  
Hunc in finem quoque Facultas Iuridica teste Illustri  
**HOMMELIO** Rhapsodia LXI. anno 1759. pronun-  
ciasit. Ast moribus hodiernis huius distinctionis  
nullum esse usum, sed iustitiarium rite constitutum  
morte mandantis simpliciter exercere posse iurisdi-  
ctionem putarem. Dependet enim iure hodierno  
mandata iurisdictio a patrimoniali, quae possessori-  
bus feudi, a domino directo cum feudo concessa,  
Romanis vero, penes quos feuda non existebant, pe-  
nitus erat ignota, et eandem ob causam ex legibus  
Romanis decisionem minime admittit. Cum itaque  
principalis iurisdictio certo praedio adhaereat, adeo-  
que principale subiectum morte vasalli interueniente  
non deficiat, mandata iurisdictio tanquam accessoria  
minime desinit, sed mandatarius eandem recte con-  
tinuat, accessorium etenim semper sequitur naturam  
principalis.

B

OBSER-



### OBSERVAT. III.

*Actus quos Iustitiarius, antequam iuramentum praestitit, suscepit, non laborant vitio nullitatis.*

Quae ad formalia actus alicuius pertinent, ita sunt necessaria, ut quoties unum alterumve omissum, nullitatis vitio laboret actus, Hinc testamentum, circa cuius confectionem testator numerum septenarium testium non adhibuit, nisi clausula codicillaris adiecta fuerit, inuaidum dicimus. Conuenit hoc naturae negotii, quod, si deficiunt substantia notionem rei constituentia, effectum producere nequit. Cum igitur ius Saxonum expresse disponat, ut iustitiarius, antequam iurisdictionem ipsi mandatam administret, iureiurando in praesentia subditorum se obstrinxerit, veritati conueniens videatur sententia eorum, qui non obseruato hoc requisito, actum a iustitiario suscepimus pro nullo declarant. Ast, quamuis in regula hoc iudicium valeat, fallit tamen in praesentiarum ob verba expressa ordinat. recogn. ad Tit. II. §. 3. und keiner vor der auf diese Maasse beschuhene Verpflichtung bey §. Rthlr. Strafe etwas zu expediren sich anmaassen sollte. Quotiescumque enim lex actum, quem iudex negle-

■ ■ ■ ■

neglecta forma iudicij expediuit, non penitus improbat, sed tantum iudici peccanti poenam dicitat, toties huic dispositioni, quae extensiuam interpretationem non admissit, strictissime est insistendum, et negotium, quod lex non reprobatur, pro valido habendum.

#### OBSERV. IV.

*Commissarius ad amicabilem compositionem  
constitutus, partes sub pena  
confessi et conuicti citare  
potest.*

Dissentientem hac in parte habemus LÉYSE-RVM Specim. XIX. med. 5. qui distinctionem, vtrum commissarius ad decidendam litem, vel ad amicabilem compositionem, constitutus sit, admittit, er in posteriori casu potestatem peremptorie citudi prorsus negat. Defendit hanc sententiam ex l. 5. §. 1. nr. de officio eius cui iurisdic: secundum quam, vt ei qui coercere vult, iurisdictio sit concessa, requiriatur. Cui forsan et adhuc accedit, quod iudex delegatus, potestatem iudicandi ad unum, vel alterum aetum restrictam, invito eo, a quo delegatio dependet, extendere nequeat. Sed confiteor, de hac re



me non ita esse conuictum, vt contrariam sententiam veriorem esse negem. Quod si enim naturam iurisdictionis delegatae considerare velimus, sane in eo consilisit, vt superior, penes quem forma iudiciorum dependet, ob causam santicam a iudice ordinario recedat, et cognitionem personae alias in competenti, committat. Consequitur itaque commissarius iurisdictionem, et cum illi ex lege supra citata 5. §. 1, potestas coercendi cohaereat, rationem cur citationes peremptorias emittere non possit, minime animaduerto. Nec obstat quod commissoriale tantum amicabilis compositionis faciat mentionem, et commissarius maiorem potestatem, quam concessam accepit, sibi arrogare non valeat. Nego enim constantissime, Principis intentionem eam fuisse, vt iudicem, cui delegauit amicabilem compositionem, ab ulteriori modo procedendi excludere voluerit, cum tentamen amicabilis compositionis semper praecedat, et quasi praeparet iudicium, quod cessante concordia inter partes, litigantes suscipimus. Cum itaque superior voluerit, vt exitum habeat causa, is vero, si non ulterius procedat iudex, penitus deficit, implicite citationem peremptoriā continere litteras commissoriales defendimus, cum expediti sit iuris, vt commissariis iuxta tenorem commissiōis explicitum, et implicitum procedere

cedere liceat. Confirmat. hanc sententiam Pon-tifex c. 5. X. de offic. et potest. iud. delegat. Prae-terea, ait, super hoc quod nos consulere voluisti, vtrum liceat iudici delegato, non ordinario cogere con-tumacem, ut veniat, aut damnare, si non venerit. Hoc tibi auctoritate praesentium impotescat, quod postquam ei causa, licet simpliciter delegatur, satis potest nostra auctoritate compellere partes, et etiam severitate ecclesiastica coercere contumaces, etiam si litterae commissonis id non contineant, aut partes mandatum nostrum non habeant, ut accedant. Quia ex eo. quod causa sibi committitur, super omnibus, quae ad ipsam causam spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem.

## OBSERV. V.

*Iurisdictionem patrimonialem in ma-trem execere filius  
nequit.*

Accedimus iudicio eorum, qui filium a iurisdictione patrimoniali respectu matris penitus excludunt, dummodo actio, quam contra ma-trem actor in iudicium deducit, sit personalis.

B 3

Cum



Cum enim vidua, quamdiu nondum ad secunda vota transiit *l. 8. n. Sena*ar.** dignitatem mariti retineat, et priuilegia huic dignitati cohaerentia percipiat, non denegamus ipsi forum, in quo maritus conuentus respondere, et litem suscipere tenebatur. Secus vero est si propter rem moueat<sup>r</sup> actio, hoc enim casu existente, cum actiones reales nullo habito respectu ad priuilegium persona*e*, in foro rei sitae instituere licet, iurisdictionem patrimoniale*m* respuere minime potest. Probat hanc sententiam effatum VDPIANI *l. 10. n. de Iurisdictione*. Qui iurisdictioni praeest, neque sibi ius dicere debet, neque uxori, vel liberis suis, neque libertis, vel caeteris, quos secum habet. Non equidem me fugit sententia illorum, qui dispositionem huius legis de iurisdictione patrimoniali minime intelligendam esse adserunt, cum iurisdictionis patrimonialis origo non ex iure ciuili, sed Germanico recentiori dependeat. Dico ex iure Germanico recentiori, Germanis enim priscis eam incognitam fuisse constat ex CAESARE de bello Gallico *lib. 6. c. 33.* et TACITO de moribus Germ.*c. 12.* Sed nihil obest, cum ratio, quae *ICtum l. 10.* vt ita statueret, commouit, ad hanc iurisdictionis speciem quoque quaderet. Obstare forsan videtur *l. 77. n. de Iud.* in qua Africanus adferit,




feris, quod in priuatis negotiis pater filium vel  
filius patrem iudicem habere possit. Sed distinguas  
tantum inter actus voluntariae et contentiosae iu-  
risdictionis, in prioribus nempe mater agnoscit  
forum, et cum quilibet fauori pro se introducto  
renunciare valeat, vtique filius competentem ex-  
ercet iurisdictionem.









**ULB Halle**  
005 361 834

3





